

vivo Synodus Sendomiriensis in Polonia exemplo ; Nec est ulla fidei societas colenda cum his, qui fidei & solatii Christiani fundamenta convellunt, & absolutum sibi DEUM fingunt. Quod liquidius in Reformato Pseudo-Augustano discussum, & porro discutiendum erit in responso meo ad **Summarischen Bericht** / tot mendaciis fartum ad nostræ Ecclesiæ dissipationem & cun- culationem, quam dabit dies, nisi averterit DEUS, & mirabuntur Ecclesiæ, se tam subito Syncretisti- cas factas esse. Atque hæc ad primam Epistolam Adm. Rever. Amplit, & Excell. V. Ad alteram. Extractum Relationis ex Parnasso, nec mihi vi- sum nec lectum, nec notus nobis Auctor. De Dissensu doctrinali, & descripto, cui titulus: **Hei- liger Schatz** / ꝛc. Anno 60. Colbergæ excuso, scri- bam alias candidè, si vixero. Precor DEUM, ut det ministris suis debitam & divino jure impe- ratam *παρρησίαν*, robore Spiritus sui fulciat, ut ne- qua erubescant loqui coram Principibus de testi- moniis Domini : In libros quoque Ecclesiarum nostrarum Symbolicos juratos, promptos. Non deerit suis Dominus, qui dixit: Ero vobiscum ad consummationem seculi, ut quem confesi su- mus, laudemus in secula. Amen! Dab. 15. Jun. Anno 1662.

REV. AMPL. ET EXCELL. T.

*addictiss. in Domino Affinis*

JOHANN. BOTSAC. D.

IV. Copia